Accedit Tarquinij Ocyori libellus Experimentorum de 22. radicibus peſti reſiſtentibus 8. Argentinæ per Ioſiam Rihelium 1589.

S

SEBASTIANI LIBORII Dreſdenſis libellus de morbis in duas partes diuiſus. Gorlitiæ per Ambroſium Fritſch. 8. 1581.

SIGISMVNDI KOLREVTERI liber de recto vſu Vroſcopiæ, & de erroribus, qui in ea perpetrantur. 8. Norimbergæ apud D. Gerlach 1574.

STEPHANVS LEDERLE de Fonte Salutis, ſcripſit libellum 1487. qui poteſt eſſe totius Alchymiæ fundamentum & compendiũ: extat M.S. apud Caſparum Vvolphium Tigurinum Medicum.

SYLVESTER HARTLIEB Trotulæ librum de Secretis mulierum tranſtulit in Germanicam linguam. Videtur autem alio exemplari Latino vſus, quàm ꝙ vulgò habetur. Geſn.

T

TARQVINIVS OCYORVS, vide Q. Apollinaris.

TEOBALDI FETTICH Medicinæ Doctoris, Inſtitutio, quomodo ſibi præcauendum à peſte, & quomodo ea ſit curanda. adiecta eſt vera narratio cauſarum ſudoris Anglici. 4. Monachi 1573.

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT ARCHIV KAMENZ